



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Avrea Gemma Christianorvm**

**Ruben, Leonhard**

**Paderbornae, 1604**

XII. Christus orat in horto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68313)



illis; tristis est anima mea usq<sup>3</sup> ad mortem, suscipite hanc, & vigilate. Luc. 22. 40. Et cum permississet ad locum, dixit illis: orate ne intretis in temptationem.

## CAPVT XII.

Christus orat in horto.

**F**IGVRAE. I. Iacob & si obuios habuerit angelos, ad occursum tamen Esau fratris sui confugit ad orationem. Genes. 32. I. Iacob quoq<sup>3</sup> abiit in itinere quo ceperat: fueruntq<sup>3</sup> ei obuii Angeli Dei. Veri. 7. Timuit Iacob valde & perterritus dimisit populum qui secum erat, greges quoq<sup>3</sup> & oves, & boues, & camelos in duas turmas. Veri. II. Erue me de manu fratris mei Esau: quia vultu eum timeo, ne forte veniens percutiat matrem cum filiis.

2. Salomon in dedicatione Ecclesie oraturus ante altare Domini, in conspectu ecclesie Israël expandit manus suas in cælum. 3. Reg. 8. 22. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conspectu ecclesie Israël, & expandit manus suas in cælum. 2. Par. 6. 12. Stetit ergo coram altari Domini ex aduerso vniversa multitudinis Israël, & extendit manus suas.

3. Iosaphat intelligens aduentum magni exercitus Moabitarum & Ammonitarum contulit se ad orandum Dominum contra eos. 2. Par. 20. 1. 2. 3.



DE PASSIONE CHRISTI. 293

4. Ezechias dum à Sennacherib rege Assy-  
riorum per Rabfacem oppugnatur, confugit ad  
templum ad orandum Dominum, cui in subsi-  
dium mittitur Angelus Domini. Isai. 36. 1. 2.  
3. 4. 5. Ibidem cap. 37. 1. 2. 3. 4. Similia 4. Reg.  
19. 1. 2. 3. 4. 5.

PROPHETIAE. Psalm. 21. 3. *Deus meus  
clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non  
ad insipientiam mihi.* Psalm. 56. 2. *Miserere  
mei Deus miserere mei: quoniam in te confidit ani-  
ma mea.* Psalm. 59. 7. *Saluum fac dextera tua &  
exaudi me.* Thren. 3. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Tantum  
in me uerit, & conuertit manum suam tota die.  
Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam,  
contriuit ossa mea. Aedificauit in gyro meo, & cir-  
cumdedit me felle, & labore. In tenebrosis colloca-  
uit me, quasi mortuos sempiternos. Circumdisi-  
cauit aduersum me, ut non egrediar: aggravauit cõ-  
pedem meum. Sed & cum clamauero, & rogauero  
excluserit orationem meam. Conclusit uias meas la-  
pidibus quadris, semitas meas subuertit. Versus  
insidians factus est mihi: leo in absconditis.*

VERITAS. Matth. 26. 39. *Et progressus  
pusillum, procidit in faciem suam, orans, & dicens.  
Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste:  
ueruntamen non sicut ego uolo, sed sicut tu.* Vers.  
42. *Iterum secundo abiit, & orauit, dicens. Pater mi  
si non potest hic calix transire nisi bibam illum, fiat  
voluntas tua.* Marc. 14. 35. 36. *Et cum proces-  
sisset paululum, procidit super terram, & orabat: ut  
si fieri*



si fieri posset transfret ab eo hora: & dixit, Abba Pater, omnia tibi possibilia sunt, transfer calicem hunc a me, sed nō quod ego volo sed quod tu. Luc. 22. 41. 42. Et ipse annisus est ab eis quantum iactus est lapis. & postis genibus orabat, dicens. Pater si vis, transfer calicem istum a me: veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat.

## CAPVT XIII.

Christus Dominus non habet vigilantes secum, aut sibi compatiētes discipulos.

**F**IGVRA. Ioseph venditus à fratribus suis Iudaemaeis, ducitur in Aegyptum, ab omnibus fratribus suis derelictus. Genes. 37. 33. Et praeteruentibus Madianitis negotiatoribus, extraxerunt eum de cisterna, vendiderunt eum Iudaeis viginti argenteis: qui duxerunt eum in Aegyptum.

**P**ROPHETIAE. Psalm. 68. 18. 19. 20. 21. Et ne auertas faciem tuam a puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animam meam, & libera eam, propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes tribulant me, improperium expectauit cor meum misericordiam. Psalm. 141. 5. Considerabam ad deum & videbam; & non erat qui cognosceret me.

**V**ERITAS. Matth. 26. 40. 41. Et recessit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes, & ait Petro: sic non potuistis una hora vigilare mecum?